obedire. (ut) et deuotionis sue inse(c)ratione quam (postulat) potiatur effectu.

CIII. GREGOR. ROMANO. DEF. SICIL.

Peruenit ad nos. quod quidam praue uoluntatis studio. contra
seniores et ciues neapolitane ciuitatis. de insulis uiris eorum.
glorioso filio nr̄o leontio nitantur subripere (vel suggerere). ut eos iniustis
damnis possit affligere. idcirco hac (tibi) preceptione iniun
gimus. ut debeas ee̅ sollicitus. quatenus apud eū hac de
causa subreptionis locus nullus inueniat. Ubi si forte ali
quid dictum. uel ipsum quid preiudicialiter qđ n̄ credi
mus facere forte cognoueris. ex nr̄o illi mandato dicere
te uolumus. ut malorum hominum uerbis adsensum pre
bere. et in hoc se peccato miscere non debeat. Quia licet
retro principū iussionibus. omnino de eisdē insulis sint
moniti. Nos tamen dum in regia fuimus suffragantibus.
ita serenissimi domini mauricii principis. iussione
eorum stricta iura (vel ei) monita sunt. ut non habeant unde
iuste debeant formidare. Propter quare. ut et tu diligentius
informare. et ante dicto glorioso filio nr̄o si causa se dede
rit. liquide satis facere ualeas. earundem tibi iussionū
exemplaria preuidimus transmittenda. Sed et si necessariū
fuerit. ipsa faciemus authentica destinari. Tantum ē. ut
sicut diximus. studeas ee̅ sollicitus. ut subripiendi cuiquā
illic locus non pateat.

CIIII. GREG. FORTUNATO.

Quorundā in neapolitana ciuitate consisten(tium) EPO. NEAPL.
tium relatione. de quibusdā capitulis stephano defe
rente suscepimus. De quibus theodorus uir magnificus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0478